



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Horae Canonicae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

*Armillan ver. Gabella, numer. 2.* Ang. in *verbo pedagium*, §. 3. *Sot. lib. 3. q. 6. ar. 7. de iust. & iur.* ubi dicunt omnes, non peccare eos, qui in his gabellas defraudant, hoc fallit. Primò quando quotidianus usus comprobatur, ut pro iis etiam solvatur, quia id potest inducere consuetudo, & sic ferè per totum vidi observari, quod etiam pro rebus vestis ad usum proprium exigitur, *D. Ant. 2. par. c. 74. Nav. loc. cit.* Secundò fallit, quod clerici & personæ ecclesiasticæ etiam tenentur, quando ad id concurreret assensus Apostolicus, & qui defraudant, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem Gabellotis & afflictatoribus, *Nav. loc. cit. num. 200.* sed ad pœnam non tenentur, nisi post latam sententiam, *Sylvest. in verb. gabella, 3. n. 21. §. 8.*

Ad quartum, respondetur quod regulariter emptor, nisi aliter caveatur in statuto, ita *Cap. Tolos. q. 451. per l. debet, ff. de ad. ed. cto.* Hinc fit, primò, si dominus locat prædium alicui, & gabella venit solvenda ex fructibus vel redditibus illius prædii, tunc totum onus solutionis incumbit conductori, non domino, nam videtur quod dominus propter onus gabellæ, locavit minori pensionem, ita *Barr. in l. interdum, §. quoties ff. de publi.* Hinc fit secundò, quod in quibusdã locis regni, vel ratione domini, vel relevaminis alicujus universitatis, laici imponunt gabellas super serico, vel vino, vel aliquo hujusmodi, & volunt, ut solvantur duo Carleni, vel quid simile, pro libra, vel dolio, & quia vident se non posse astringere personas ecclesiasticas vendentes, per *ca.*

*Eccl. S. Mar. de constitu. & per Bul. Cæna Domini.* statuunt, ut solvant ementes, accidit, quod quidam clerici faciunt sericum, vel vinum ex suis possessionibus dum volunt vendere illud, ementes emunt minori illo quo solvitur gabella, & non vident quod indirectè ista gabella cadit super personas ecclesiasticas, etsi dicunt, non Clerici, sed ementes solvunt. Respondetur, quod ideo minoris emunt quam emerenti, & sic personæ ecclesiasticæ solvunt gabellas, contra omnia jura, prout in *ver. clericas, §. 9. Innoc. in c. cum non sit, nu. 1. de decim. Affl. c. in constitu. Apostatas num. 20.*

## HORE CANONICÆ.

## SUMMARIUM.

1. Quot sint numero Horæ Canonice.
2. Quis ad eas teneatur recitandas.
3. Vbi dicenda sint.
4. Quomodo, quoad attentionem, & vocem, & gesta, vel aliquid agendo.
5. Cui Ecclesia debeant eas dicentes conformari in recuando.
6. Utrum eas mutare liceat ad libitum, vel si recitans obliviscitur unius horæ, interponendo aliam, si opus ordinatè omnes iterum recitare.
7. Quando quo ve tempore dici vel quibus modis Horæ sint dicenda.
8. Quid disponere debeat, & possit Episcopus circa eas, & circa punctatorem in Ecclesia constituendum.
9. An possit compellere Episcopus Clericos, ut omnes conveniant in Ecclesia ad horas Canonice recitandas.

10 Quot peccata committant, qui septem horas Canonicas omittunt, quot qui narrantantur.

11 Quis excusetur ab eis recitandis.

12 Quando celebrare liceat, non prævia officii divini recitatione.

13 An officium beatae Virginis parvum, officium defunctorum, septem Psalmos Penitentiales, & canticum graduum tenentur recitare.

**A**D Primum, an sint septem vel octo, vide Nav. de Hor. Can. c. 3. nu. 26. & 27. & infra, sed videntur potius esse octo, per illud David, *septies in die, & alibi, media nocte surgebam*, & ista secunda opinio videtur mihi melior, per ea, quæ in nocte Nativitatis Domini fiunt, ubi dicitur Matutinum separatim à laudibus & Officium Breviarii regulæ D. Benedicti, quod dividitur ad Matutinum, vide Sor. lib. 10. q. 5. art. 1. Archid. in c. presbyter, 91. dist. Tabien. in ver. hora, §. 1.

Ad secundum, dico primum, vide multa in ver. beneficium, §. 4. dico secundò, quod beneficiati quocunque beneficio ecclesiastico, etiam tenuissimo, Sylv. in ver. hora, §. 2. ver. secundum, Navar. in Manuali, c. 25. nu. 122. & de Hor. Can. cap. 7. nu. 27. Cov. li. 3. c. 19. nu. 8. §. 12. var. resol. gl. in c. clericus vicium, 91. dist. quicquid dicat Sor. lib. 10. q. 5. art. 3. de inst. & jur. Tertio, professi in Religione approbata. Quarto, promoti ad sacrum ordinem. Quinto, ex voto, patet ex Sylv. in ver. hora, §. 1. & aliis.

Ad tertium. Dico primò, quod in Ecclesia, vide Sylvest. ubi supra, §. 10. & dicam infra, §. 9. dico secundò, non

in locis inspurcatis, seu sordidis, Nav. de Hor. Can. c. 5. nu. 5. quamvis ex necessitate vel aliquo modo possit.

Ad quartum. Dico primò, quod quoad attentonem, vide Sor. lib. 10. q. 5. art. 5. Navar. loc. cit. c. 13. nu. 4. ubi habetur, quod non ad literam, nec ad sensum, sed ad finem quis tenetur habere attentionem, Navar. loc. cit. nu. 39. Cajet. 2. 2. q. 83. ar. 13. & 9. circa fi. & in sum, in ver. Hora Canon. c. 3. Navar. c. 25. num. 105. Secundò, non licet contemplari aliquod mysterium, vel passionis Domini nostri, vel alterius loci Scripturæ, etiam illius quem recitat Nav. loc. cit. nu. 35. Ratio est, quia pluribus intentus, &c. Tertio, dum quis recitat privatè, genuflexiones, & alia hujusmodi, nec alios gestus, vel caput denudando, vel inclinando in quibusdam locis tenetur facere, quia ista in Choro obligant, Nav. loc. cit. 4. n. 4. & 16. Dico quartò, quod possunt etiam recitari deambulando, idem ibidem, num. 13. Quintò, vestiendo, vel aliquid hujusmodi faciundo, modò se non abstrahat à dicta recitatione, non peccat mortaliter, Navar. loc. cit. c. 13. nu. 49. Sor. ubi supra, ar. 5. Sylv. nu. 19. §. 11. nisi faciat opus, quod suapte natura abstrahat ab attentione, ut scribere literas, vel aliquid hujus generis. Nav. c. 25. nu. 117. de Hor. Can. c. 13. num. 48. & 49. & hoc intellige si omitat partem notabilem, secus si unum vericulum, vel intermittit animo reassumendi, quod reliquerat, idem ibidem. Sextò, quod non tenetur quis eas recitare alta voce, sed sufficit, quod sit vox bene articulata, ita ut verba audiat ipse, qui recitat, & non syncopando, & digluti-

glutiendo voces, & verba inter labia, & dentes, Navar. *loc. citat.*, cap. 3. nu. 54. Armil. *in ver. Hor.*

Ad quintum, dico primò, quod Ecclesiæ suffraganeæ, debent se conformare Ecclesiæ Metropolitanæ suæ, c. de *jis*, 12. dist. Diocesis, Ecclesiæ Cathedrali. Secundò, exempti Ecclesiæ Cathedrali viciniore, argu. Concil. Trid. *sess.* 24. c. 9. de *refor.* *sess.* 6. c. 4. & *sess.* 7. c. 8. *cap.* 8. *sess.* 21. *cap.* 8. de *reform.* vel Metropolitanæ, cujus fecere semel electionem, argu. *eiusdem* *sess.* 24. c. 3. de *refor.* idem dicendum de Regularibus, quoad festa quorum officia in Ecclesiis suis debent celebrari, *sess.* 25. c. 12. de *reform.* ita etiam omnes Ecclesiæ inferiores quoad administrationem Sacramentorum, Abb. *in c. suas*, nu. 2. de *sponsal. duor.* nisi aliter se habeat consuetudo Ecclesiæ, vel certam habeat Ecclesia institutionem, Host. *in sum. tit. de off. ord.* §. sunt autem distincte, nume. 7. ca. de *his*, 12. dist. ca. *institutio*, d. dist. 21.

Ad sextum respondetur, primò negativè, nisi fiat in contemptum, Navar. de *Hor. Canon.* c. 19. num. 217. & c. 3. nu. 65. & *in Manual.* c. 25. numer. 9. Sot. *loc. cit.* art. 4. Sylvest. §. 12. nu. 15. Arm. *ver. Hora*, num. 3. Innoc. *in c. deberent*, de *celebr. Miss.* nu. 2. Dico secundò similiter si intermit-tendo unam horam, dicit aliam, tunc sufficit dicere omiffam: similiter si ex oblivione dixit officium de feria, & debebat dicere de Sancto, quia non tenetur redicere; Doct. citati, & Cajet. *in sum.* *ver. Hora*, ca. 2.

Ad septimum. Vide Sylvest. 9. ubi multa dicit; tamen conclusio est, quod

quis potest dicere horas, usque ad mediam noctem diei præteriti, tamen bene facit, si potius prævenit; Navar. c. 25. nu. 97. licet peccet venialiter, si hoc faciat sine causa; Armil. *ver. Hora*, n. 17. & optimum consilium est, vespere præcedenti recitare horas matutinas, usque ad laudes inclusivè, & manè usque ad nonam, Navar. *loc. cit.*

Ad octavum. Primò, vide *in ver. distributiones quotidiana*, Conc. Trid. *sess.* 21. c. 3. & *sess.* 22. c. 3. & *sess.* 24. ca. 12. §. *distributiones de refor.* vide Conc. Later. sub Leone X. §. *statuimus*, *sess.* 9. Nav. c. 25. n. 122. & Bullam Pii V. ibi ab eo relatam. Secundò, in unaquaque Ecclesia, ubi de jure, vel consuetudine debet celebrari divinum officium, debet constitui punctator, qui notet absentes, vel præsentem; ita elicitur ex Decretis Conc. Trid. & ex Bulla relata, & Conc. Provin. Consent. *sess.* 3. *cap. de punctatore*, & ferè ita observatur ubique.

Ad nonum, ultra dicta in §. *præcedenti*, Episcopi possunt, & debent practicare, circa ordinationes faciendas, ad hoc ut horæ Canonice suis in Ecclesiis debite celebrentur, *infra c. dolentes*, §. *fi. de celeb. Miss.* ubi imponitur pœna suspensionis & *in c. fi. 92. dist.* ubi imponitur pœna depositionis, & Clem. I. §. *in multis*, de *celebr. Miss.* dicit, posse Episcopum clericos in hoc delinquentes, censuris & aliis opportunis remediis compescere, vide Sylv. *loc. cit.* §. 1. *ver.* 4. Navar. de *hor. Canon. capit.* 5. 11. & 14. imò peccant mortaliter ipsi prælati, non facientes celebrari horas Canonicas statis horis, juxta antiquam consuetudinem suæ Ecclesiæ,

celia, Navar. de hor. Can. c. 2. nu. 62. & infra, & citat Ang. in ver. Hora, §. 2. Sylvest. & Cajet.

Ad decimum respondetur, primò, quod unum est peccatum mortale, omit- tendo omnes horas. Ratio est, quia se habent ratione unius. Navar. loc. cit. ca. 7. num. 5. Dico secundò, si partem no- tabilem, puta unam horam quis omit- rat, peccat mortaliter, Nav. in Manuali, cap. 25. num. 97. Dico tertio, quoties pro- ponit non recitare, toties peccat mor- taliter, idem ibidem.

Ad undecimum. Vide eundem loco cit. num. 99. & infra, de Hor. Can. c. 2. per totum. & c. 34. ubi habes. Primò, ob in- firmitatem. Secundò, ob dispensationem Papæ. Tertio, ob occupationem repentinant. Quarto, ob occupationem in Choro. Quintò, ab carentiam Bre- viarii. Sextò, ob prædicationem, vel præ- lectionem, vel administrationem Sacra- mentorum: sed primò infirmitas debet esse, prout Navar. ibi, & gl. in ca. unico de cler. non resid. lib. 6. Secundò, quod dixi in carentia Breviarii, nota, quod debet dicere omnia, quæ habet in memoria, sed pro illo cuius non recordatur, vel quod nescit, aliquid loco illius substi- tuat, ut officium B. Virginis, tot coro- nas, vel Rosaria B. Virginis, Navar. de Hor. Can. ca. 11. num. 18. Tertio, quod licet non peccet omitendo horas ob defectum Breviarii, tamen non excusa- tur à peccato, sibi non emendo illud.

Ad duodecimum, Soto loco cit. art. 4. & 4. sent. dist. 13. q. 1. art. 2. in fi. Navar. de Hor. Can. c. 3. num. 70. Ang. in ver. Missa, §. 42. Navar. in Manual. c. 25. nu. 83. art.

18. Artil. in ver. Missa, numer. 30. & in ver. Hora, num. 18. Sylvest. in ver. Missa, l. §. 6. ubi omnes dicunt esse peccatum mortale, celebrare Missam ante Matu- tinum saltem, nisi fieret ad evitandum scandalum, vel ob aliquam rationabi- lem causam, licet Sor. dicat, quod si Sa- cerdos esset ægrotus, quod non posset recitare divinum officium, absque hoc posset celebrare Missam, & in hac mate- ria satis largè procedat, tamen ad venien- te casu, posset practici doctrina illius: ratio est, quia non sunt subordinata ad invicem officium divinum, & Missa.

Ad Decimum tertium respondetur primò, Sor. tenere partem affirmati- vam: sed ego teneo cum Bulla Pii V. quæ est in nova impressione Breviarii reformati ex Dec. Sac. Conc. Trid. editi jussu ejusdem summi Pontif. Non obli- gantur sub peccato mortali, non reci- tantes offi. ium parvum beatæ Virginis, vel defunctorum, vel Psalmos Pœni- tentiales, vel Canticum graduum, nisi ubi esset consuetudo, quam dicit esse observandam, & ubi est consuetudo, non obligaret extra Chorum, nec semel in mente, nec tempore Quadragesimali, ut patet. Hæc sufficiant pro praxi quo- tidiana, si quis plura desiderat, videat Doct. citatos per extensum.

## HERETICI,

### SUMMARIUM.

- 1 Heretici qui dicantur.
- 1 Quo Ordine in processu formando contra eos uti debeat Ordinarius. seu Inquisitor.
- 3 Quod